

EPIGRAMMATVM

IOAN. OVVENI *Auc-*

CAMBROBRITANNI *thorid*

OXONIENSIS: *dammati.*

Editio postrema correctissima,
& posthumis quibusdam
adaucta.

Case 38

12

1721



*Ido,
C. Spinosa*

ans de 1721

side 11 me LVGDVNI, *Chadavro*

Sumpt. LAVR. ANISSON.

M. DC. LXVIII.

*Diomedo mi Mauro Senor el Sr. D. J. de
paga 2 reales Cath. de Viquea my Antiquo
deleyet de la Universidad de*



I. AD LECTOREM.

Clericus es? legito hæc. Laicus? legito ista libenter.
Crede mihi, inuenies hic quod vterque voles.
D. DR. Tr. Mcd.

2 *Ad D. Ioannem Audoënum, de libro.*

Quo minus edatur, nihil impedit; aut edo carmen
Non sapio; aut ætas, si sapit, ista leget.
Ingenij tu rere tui tantum esse periculum:
Iudicij, tamen est alea iacta mei.

Ioach. Hoskins. I. Consultus.

3 *Ad Ioannem Audoënum, de tribus Epigrammatum libellis.*

Quicquid habent Veneres Venerum, Charitèsque
leporum;
Quicquid Musa ioci, quicquid Apollo salis;
Quodcunque est sophiæ, quodcunque est artis vbiq;
Ingenij aut Genij quicquid vbiq; viget;
Omne id, Oëne, tuis reor infedis libellis,
Hæc quando nobis lemmata dia dabas:

Ioann. Bovvman. Theol.

4 *Ad Ioan. Audoënum*

Quale, rogas, nobis, Odoëne, Epigramma probetur?
Dicam: Quale tuum parturit ingenium.
Quod breue, quod castum, doctum celere atq; politum,
Quodque habeat multos, & sine dente, sales.



IOANNIS AVDOENI
EPIGRAMMATVM

LIBER PRIMVS.

1 *Ad Illustrissimam Mariam Neuille, Patronam suam.*

INueniant nostri patronum vt vbique libelli,
Libros Lectori dedico; méque Tibi.

2 *Ad Lectorem.*

Qui legis ista, tuam reprehendo, si mea laudas
Omnia, stultitiam; si nihil, inuidiam.

3 *Ad Io. Hoskins de suo Libro.*

Hic Mundus liber est: homines sunt, Hoskine versus,
Inuenies paucos hic, vt in Orbe, bonos.

4 *Ad Dominam Mariam Neuille*

Si nos Pythagoræ non fallunt dogmata, corpus
Intrarunt Pallas, Iuuo, Venúsque tuum.

5 *Ad eandem.*

Vt Sol in cœlis, vt lux in Sole, videtur
Virtus in vultu sic habitare tuo.

Spectator quicumque venit, discedit amator:
Aut illum virtus, aut tua forma capit.

6 *Ad eiusdem filium.*

DE Genio tam mira tuo memorantur, vt omnem
Exsuperent, quamuis omnia vera, fidem.

Qui puerum laudat, Spem, non rem, laudat in illo:
Non spes, ingenium Res probat ipsa tuum.

EPIGRAMMATVM
IOANNIS OVVENI
CAMBRO-BRITANNI,

*Ad Excellentissimam & doctissimam
Heroinam,*

D. ARBELLAM STUART,
Liber singularis.

Ad

MONOSTICHA,

QUÆDAM

ETHICA & POLITICA

veterum Sapientum.

K 2

AD

EPIGRAMMATVM
IOANNIS OVVEN

Oxonienſis Cambro-Britanni,

LIBRI TRES.

Ad HENRICVM Principem Cambriæ,
duo.

Ad CAROLVM Eboracenſem, vnus.

L 2 AVTO

EPIGRAMMATVM
IOANNIS OVVEN

Oxonienſis Cambro-Britanni,

Ad tres Mecænates,

LIBRI TRES.

Ad EDOARDVM NOEL, Equitem
& Baronetum, vnus.

Ad GVLIELMVM SIDLEY, Equitem
& Baronetum, alter.

Ad ROGERVM OVVEN, Equitem
auratum, tertius.

DE GOTFRIDO HEGENITIO Iudicium.

Cum virtuti suus debeat honor, quem, inuito quolibet, ipsa sibi vindicare potest, lubentissimè testatus sum, ac testor, Virum egregium **GOTFRIDVM HEGENITIVM**, I. V. Candidatum, quemadmodum in aliis Academiis ita vixit, ut primorum celeberrimorumque huius ætatis virorum benevolentiam amoremque, quod in rebus humanis primum est, sibi conciliaret, eundemque assiduis officiis meritiisque tueretur; ita in hac nostra, in quâ aliquamdiu versatus est, ita se gessisse, ut quantum vel in aliis profecerit, vel ex hominum magnorum amicitia ad virtutem lucrifecerit, vel in aulis Principum, in quibus versatum intelligimus, didicerit ac observavit, quotidie re ipsa atque usu probet, ita ut tum morum probitate, tum verò eruditione, atque imprimis Iuris Viriusque, in quâ aliquamdiu, etiam publicè, se exercuit, peritiâ omnibus se approbarit.

Lugd. Bat. An. 1629. 3. Ian.

DANIEL HEINSIVS.

F I N I S.

